


lo $b a c$ angulus, igitur $b c d$ maior esset angulo a & quare multo magis angulus $b c a$ superaret angulum a , quod idem est contra hypothesim.

DECIMA QVARTA PROPOSITIO.

Omnis trianguli, duo quælibet latera simul sumpta sunt tertio maiora.



Sit triangulus $a b c$, dico duo latera $a b$ & $a c$ si mul iuncta, longiora esse latere $b c$. Si enim essent aut æqualia aut minor a eo, non possent concurrere in angulum a . Nam si essent æqualia lateri $b c$, tunc se contingendo iacerent supra lineam $b c$, et fierent cum ea linea una. Si uero breuiora essent, non possent se contingere, neq; in angulum concurrere.

DECIMA QVINTA PROPOSITIO.

Si in uno quolibet triânguli latere à finib. eius duæ rectæ lineæ interius concurrant, angulum facient maiorem eo qui à reliquis eiusdem trianguli lateribus continetur.



Sit triangulus $b a c$ super cuius latere $b c$ duæ rectæ constitutæ angulũ faciant $b d c$, dico cũ maiorẽ esse angulo $b a c$ contento à reliquis duobus lateribus. Nã protrahatur linea $b d$ usq; dũ secet latus $a c$ in pũcto e . Erit igitur angulus $b d c$ per duodecimã huius maior angulo $b e c$ & per eandẽ angulus $b e c$ maior angulo $b a c$, multo igitur maior erit angulus $b d c$ angulo $b a c$ quod fuit de monstrandũ.

Ex